SAMMELHANDSCHRIFT
Frankreich, 13. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26578
Copyright: Admont, Benediktinerstift



127

michi pisanas aquas ut irrigarem siluam lignos germinantem.
Possedi seruos et ancillas multasque hau familias armenta quoque magnos ouium greges vt omnes qui fuerunt ante me in urbem. Congeruauim argentum et aurum et substancias regum et prouincias feci michi cantores et cantatrices et delicias filiorum hominum. Scaphos et urceos in ministerio ad uina fundenda et supergressus sum opibus omnes qui fuerunt ante me in urbem. Cumque me conuertissem aduertisa que fecerunt manus mee et ad labores in quibus frustra sudauerant uidi in omnibus uanitatem et afflictionem animi nichil permanere subsolem et non esse laborem affluentem spiritum.

De dulcis anxietatibus.

Quidam mortales angit anxietas affligit cura sollicitudo molestat metus gaudet tremor gaudet horror obducit dolor affligit contristat tristicia turbatio contristat. Pauper et diues seruus et dominus iuuenis et senex iugiter denique bonis et malis omnes mandatis quotidie affligunt et multis quotidie afflictionibus quotidie expiro quede magno. Job. Si peccauerim quid faciam uerum et si iustus fuero non leuabo caput satur afflictione et misia.

De miseria pauperis et diuitis.

Pauperes premunt media quotidie et crampna fame sitis frigore nuditate uulnerant et grauissime spernuntur et confundunt. Omnibus diebus egentis fratres diuitis et si per pudorem confundit et si in pecunia egestate consumitur ut mendicet necessitate compellitur. Denique causatur iniquum et non recte diuidit primum criminatur malignum et non plene subuenit. Coniugatur murmur et inpetit. Aduerte super hic sententiam sapientis. Omnes enim mortis quidem egentes et in extremo pauper odiosus erit. Si omnes dies pauperis malis fiunt hominis pauperis oderunt illum et amici pauperis recesserunt abillo.

Ou. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora cum fuerunt nubila solus eris.

Pch dolor sedem fortuna persona fit estimanda fortuna. Ita bonus reputatur ut diues. Ita malus ut pauper. Cum potentia diues reputatur sit bonus tamen pauper ut malus. Diues autem superfluitate resolutus et iactancia effrenatus. Cupiditate adulatus et appetitu inflatus et sumptu mistinentia